eius in ierusalem. In conuenien
do populos in unum & reges ut ser
uiant domino. Respondit ei in via
uirtutis sue paucitatem dierum
meorum nuncia mihi. Ne reuoces me
in dimidio dierum meorum in generatio
ne & generationem anni tui. In
itio tu domine terram fundasti: et
opera manuum tuarum sunt celi. Ip
si peribunt tu autem permanes & omnes
sicut uestimentum ueterascent.
Et sicut opertorium mutabis
eos & mutabuntur. tu autem idem ipse
es & anni tui non deficient. Fi
lii seruorum tuorum habitabunt & se
men eorum in seculum dirigetur.
Gloria patri &c. Psalmus dauid.